

nude (n. 4897, 15), in quibus notanda est iteratio (n. 4901) et adlectio supra numerum (n. 4891, 4896), item *magistrum iuventutis* (n. 4883, 4885, 4888, 4889 cum nota iterationis). Decuriones dicuntur *conscripti* n. 4895, 4903. Tribum Trebulanorum Fabiam fuisse colligitur ex matricula urbana (vol. VI n. 3884 III, 7: *C. Safinius C. f. Fab. Primus Trebl.*; cf. ibidem n. 2375 b II, 20 et 2379 a III, 13, IV, 41), cui adstipulatur n. 4896; at in titulis Trebulae repertis longe frequentior est *Sergia* (n. 4887, 4888, 4889, 4897, 4900? 4913, 4925).

Titulis eruderatis ex ipsis ruderibus Trebulanis ad S. Victoriae aedem interposui inventos in pagis vicinis Rocca Sinibaldi, Monte Nero, Poggio S. Lorenzo, Cerdomari prope Ginestram, Frasso, Osteria nuova de' Massacci (ubi mansio fuit *ad Novas* sive *Vicus novus* m. p. XXXII a Roma, m. p. XVI a Reate; vide supra p. 204 n. V), Poggio Magano, Colle piccolo di Tora; item paucos qui prodierunt ad Toranum superiorem in

pagis Paganica, Montorio in Valle, Canemorto, quamquam hi fieri potest ut Carsiolani potius sint Tiburtinive; incidunt enim haec in confinia inter Sabinos Aequos Latinos.

Auctores in Trebulanis praeter communes Sabinos, de quibus diximus ad Reatina et Curensia, hos potissimum adhibui:

1. Baptista BRVNELLESCHIVS Florentinus c. a. 1513 inter urbana suburbanaque epigrammata, quae rettulit in codicem hodie Florentinum bibliothecae Marucellianae A 78. 1 (vide vol. VI p. XLV n. XIX), Trebulana quoque tria sistit.

2. FABRETTIVS diligenter parietinas Trebulanas pervestigans quae reperit, edidit in inscriptionibus domesticis (1699).

3. Capmartin de CHAVPY in commentariorum de villa Horatiana (*découverte de la maison de campagne d'Horace*) volumine tertio (Romae 1769. 8) p. 93 seq. aliquot inscriptiones Trebulanas dedit pessime exceptas, sed de lapidibus.

**4873** frustum columnae rep. Trebulae Mutuescae inter rudera aedis Feroniae quae creditur, deinde apud Fabrettium. — In urbe rep. ad vineam Sebastiani ait HENZEN, errore ad hunc titulum trahens quae Fabrettius posuit de alio vol. VI n. 971.

SEX · AVDIENV · C · L  
FERONIAE  
D · L · M

Servavit Fabrettius p. 451, XIV (inde vol. I n. 1309). Inde Henzen vol. VI n. 146.

**4874** columella reperta in ruderibus Trebulanis, est in Montis Leonis oppido sub aedibus Tocciorum FABR.

f E R O N i a e  
C · M O D I E I V S · C · F  
C · N · M A N C · D O

Servavit Fabrettius 453, 69. Inde vol. I n. 1308.

**4875** in columna apud Trebulam Mutuescam ante fores ecclesiae abbatialis ad laevam intransium FABRETT. In columna di pietra sulla piazza FOSSATI. Frustra quaesivit Stevenson.

Q · P E S C E N N I U S . . f  
C O L O M N A S · I I I  
D E S V O D A T  
F E R O N E A E  
5 E T C R E P I D I N E M  
A N T E □ C O L O M N A S  
E X □ L A P I D E

Fabretti 453, 68; Fossatus dedit Sartio. Est in vol. I n. 1307. Orell. 1313.

4 fin. hiatum non indicat Foss. — 4 FERONE/Foss. — 6. 7 puncta quadrata accesserunt ex Fossatio. — 6 COLOMNA Foss.

**4876** [= 858\*] litteris optimis saeculi Augusti maximisque. Frammento di recinto quadrato, venuto della vicina cima di monte ora detta Pietra Demona nell' orto Taschetti a Canemorto MARINI. Ibidem est adhuc pro limine horrei.

QVI · CACVNO · F · C

Recognovit Dessau. Amati, qui descripsit m. Oct. a. 1807, apud Marinium in schedis Vaticanis; Biondi *atti dell' acc. pontificia* 4 (1821; oratio recitata est a. 1811) p. 161; Martelli *Sicoli* n. 62. Orelli 1209.

Punctum inter F et C dubium.

**4877** [= 5730] *sasso gettato in un fosso di acqua corrente poco lontano da Cerdomari* [prope Ginestram non longe a Trebula] in Sabina LVP.

SILVANO · SANCTO  
INPERATVM · PECT  
PROBVS · VILIC<sup>us</sup>  
FLAVI · SABINI<sup>?</sup>  
5 EROS

Lupacchinius descripsit Antinorio, in cuius schedis repperi et praeterea in litteris quas ad Amadutium dedit 15 Sept. 1773, unde ed. est in anecd. litt. II p. 461. Orelli 4939.

1. 2. 3. 4 dantur quasi mutili a principio. — 5 EROS Antinor. in litt. ad Am.

**4878** *piccola ara alta due palmi trovata nelle vicinanze di Rocca Sinibaldi* VISC. Frustra quaesivit STEVENSON.

T · SABINIVS  
EVTACTVS  
V · S · L · M

Visconti cod. Par. Lat. 9697 f. 27.

**4879** ad Monteleone in pavimento aedis S. Victoriae prope portam.

F · SAC  
NDV

Descripsit Stevenson.

**4881** Frasso Sabino in sinistra ripa Farfae fluvii ad viam Salariae adiunctam quae nunc dicitur *la via de' Massacci* in fundo Iohannis Porfisi, apud quem extat.

E G N A T I A E · A · F · A V L I N A E  
F L A M I N I C A E · I N · C O L O N I A C  
P R O V I N C I A E · N A R B O N E N S I S  
L · C A E C I L I O · L · F · P O M · L O N G  
5 C O R P V S · P O N T I F I C V M · P E R M I S S U  
M O N I M E N T O · I N · H O C · T R A C T U  
E G N A T I A · A V L I N A · M A M M A E · S U A E  
E T · Q · V I B I O · C R I S P I · L · A

**4880** ad Monteleone in S. Victoriae in turri campanaria loco satis alto. — Tivoli (?) apresso a S. Vecturia BRVNELL.

I V L I A E · A V G ·  
I M P · C A E S A R I S ·  
L · S E P T I M I · S E V E  
R I · P E R T I N A C I S  
5 A V G · E T · M · A V R E  
L I · A N T O N I N I · C A E  
S A R I S · I M P · D E S T I  
N A T I · P A R E N T I  
M A T R I · C A S T R O  
10 R V M · T R E B V L A  
N I · M V T V E S C A N I

Recognovit Stevenson. Brunelleschi cod. Maruc. A. 78. 1 f. 70' optime (inde opinor Metellus cod. Vat. 6040 f. 49'); Ligorius libro Sabinensi Manutii f. 7' = 101', Neap. l. 36 p. 374 (inde Panvinus cod. Vat. 6035 f. 26' et denuo f. 27'; Mur. 1088, 2 e Ligorio), Taur. 17 s. v. Trebula Mutusta; Marianus Victorius f. 62 (inde Holstenius cod. Dresd. F 493 f. 22'); Sirmondus cod. 1418 n. 65 (inde Grut. 1085, 9); Fabretti 679, 53 de visu omnino; Sperandio Sabina p. 344; Chaupy *maison d'Horace* 3, 94; Guattani *mon. Sab.* 3, 89; Martelli Sic. n. 82 pessime; descriperunt Nissen et Riccius. Orelli 923.

11 MVTVESCANI Lig. (Sab.) Sirm. Fabr. Nissen Stevenson, MVTVESCANI Brun. Met., MVTVESCANI Vict., MVTVESCANI Sper. Chaupy, MVTVSTAE Lig. (Neap. Taur.). — add. in fine ANIM·DEV·DEDIC·D·D Lig. (Neap. Taur., non Sab.).

Duo exempla habui Pellegrinii, qui dedit et Henzeno et Lanciano ediditque *Bull. dell' Inst.* 1870 p. 43; et Guardabassii.

2 fin. d Pell., i Guard. — 7 MAMMA/F/ Guard. — 8 significatur opinor Q. Vibius Crispus cos. a. 57, cuius praenomen praeter hunc titulus Atticus C. I. A. III n. 649 habet. Cf. vol. V n. 6590. 6660. 6711.